

De Convers. Hom. & libero arbitrio. 525

Ex brevi harum contradictionum Isagoge, rursum pater, Pontificiorum fidem, minimè esse UNAM, sed *contradictoriam* & sibi minimè similem.

CAPUT XIX.

De Conversione Hominis, & libero arbitrio.

Consideravimus 1. Medium gratiæ divinæ participandæ *vocationem* nempe: (Hui quantam Pontificiorum discordaniam circa hanc doctrinam vidimus!) Sequitur 2. quod est *Conversio*, medium nempe, quò hominis vocati mens & voluntas flectitur ad obsequium Dei & intellectus illuminatur in fidei obediētiā. Nec de hoc capite doctrinæ Christianæ sincerus est Pontificorum consensus.

I.

De Causa effidente conversionis discrepant Pontificij.

Probo. Gaufsa efficiens solitaria est, nempe solus Deus, solus nempe conversionem hominis efficiens & procreans. Jerem. 31. v. 8. Ezech. 36. v. 16. 2. Cor. 3. v. 18. nec ibi quidquam valet arbitrium hominis in statu peccati & naturæ consideratum.

Idem